

Ung

H-184.

Ocasionia H-184.

rotifera in cornua grata.

vol. 2. 8-5

(Caffraiana vel alius segregata)

fructuosa segregata

184a.)

N A R O

Dominino CHRISTIANO AVERIO

ad eundem Responsoriæ
Consolatoriae

Q. D. B. V.

IO GEORG. NEVMANNI,

D. ET PROF. THEOLOGI WITTENBERGENSIS,

LITERÆ

CONSOLATORIAE

ad

CHRISTIANVM WEISIVM

MORBI SENECTVTISQUE CVLPA,

GYMNASIIS SVI LÁBORIBVS

VALEDICENTEM.

Huiusque ad eundem Responsoriæ,

paulo ante obitum scriptae.

ZITTAVIA Anno M DCCVII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-653836-p0003-3
DFG

VIR O,

de re literaria & bono inventus immorta-
liter merito,

Domino CHRISTIANO VVEISIO,

suo quondam Praeceptoris ac Hospiti, ad cine-
res usque nunquam non colendo,

S. P. D.

Io. Georg. Neumannus, D.

Doloris ad me nuntio perlatum est, Te, vi-
ribus fractum, decumbere penitus, vita-
qe pertæsum, abdicasse Te munere Tuō,
& rebus adeo humanis quasi valere iussis,
beatam *divinam* meditari? Qvod qvidem, dici non po-
test, qvanto animi dolore perceperim, qvam qve indi-
es ægre moleste qve feram? Modo enim fragilitatis hu-
manæ venit in mentem, qvæ me quoqve seniorum ve-
stigiis proprius insistentem, de statione derelinqvenda
admonet; modo boni publici iactura succurrit, qvam
mecum cordati omnes deplorant; modo beneficio-
rum recordor, qvibus WEISIANÆ, FAMILIÆ, & TIBI in-
primis obstrictum me novi, mihiqve ipse succenso,
qvod necdum vel minimam eorum partem potuerim
demereri? Retamen paulo altius expensa, dubito fere,
utrum condolendum magis Tibi sit, an potius de cursu
tam feliciter confecto gratulandum? Non enim, qvi vi-
vunt, sed, qvi vitæ metam ex voto attigerunt, felices iu-
dicandi, qvi vero inter mortales ipsius immortalitatis
fastigium consecuti sunt, hos demum vere beatos præ-
dicamus. Tibi autem, VIR EMERITE, non hoc tantum
Deus propitius indulxit, sed illud praeterea, qvod pau-
cis contingit, beneficium addidit, ut favissimum Fi-
lium in aliquo honoris & fortunæ gradu constitutum
videas, eorum vero numerum vix capias, qvi TE, ut
alterum Parentem, vitæqve & doctrinæ dexterum
Magistrum, filiali, ut par est, obsequio & honore
proleqvuntur. Mecerite, cum inter domesticos
TUOS

Tuos Theologum educaveris, officii mei ratio admo-
nebat, ut, cum aliam referre gratiam non liceret, & sola-
tio TE erigerem, morti vicinum, & assidua apud DEVUM
intercesione iuvarem. Credo tamen, TE, qvi omnes
consolationum fontes iam olim perqvifivisti, eo nunc
esse animo, ut, qvem Philofophus horribilem diceret,
diem Tibi faustum atque iucundum, omnibusqve ab-
undantem lætiis, statuas. Est enim hic dies ~~divi~~ nostræ
nostræ, qvi nose custodia in libertatem evocat, & ex
tenebris in lucem, ex morte in vitam transtert. Quod
si ergo sapientem mors terrere non debet, ut veteres
aiebant, qvanto minus Christianum. Iam, cum u-
troqve nomine in album vitæ æternæ relatus sis, ultro
memineris, TE, ut CHRISTIANVM, eundemqve SAPIEN-
TEM, mori oportere. Ac migrare qvidem animam, &
post mortem, prout leges fit, bene aut male habere, o-
mnes Philofophorum Scholæ affirmant; sed, animam
post obitum esse cum CHRISTO, hunc nobis, exantlata
morte, vitam, hunc, superatis doloribus, lucrum ac
præmium fore, hæc demum Christiana sapientia est,
hac una moriturum nisi decet. Denique precum ac
votorum meorum summa est, ut inter officium, ac
mortem spatiū aliquod intercedat, qvo relaxare a-
nimum, spectare laborum Tuorum incrementa, &
mortem meditari, queas. Qva si tamen spe atque
expectatione nostra citius hinc evoceris, extremum
TIBI Vale, ut par est, nunc appreco: VALE, MI VVEI-
SI, AETERNVM QVE SALVE, CVRSVM, QVIRE-
STAT, CONSVMMA, FIDEM SERVA, ET CERTA-
TAMEN BONVM DECERTA. QVOD SVPER-
EST, REPOSIT AM TIBI VSTITIÆ CORONAM
CAPEsse, ET, DVM NON AMPLIVS TECOM-
PELLARE LICET, VT IN COELIS ALIQVAN-
DO IN AMPLEXVS TVOS REDEAM, DEVUM,
QVÆSO, MECVM PRECARE! Dabam VVitten-
bergæ, die V Octobr. clb locc VIII.

Vir

VIR SVMME REVERENDE ET MAGNIFICE,
Domine ac Fautor Honoratissime,

QVi primus mihi in occupando Rectoris habitaculo, fuisti comes, nunc
primam testaris pietarem, ubi deferendum mihi fuit hoc domicilium.
Quanto mihi solatio luculentus hic affectus Tuis fuerit nunc languida quidem manu exprimere non licet. Ignoscet igitur literas, quas
acepsi privatas, a me nunc fieri publicas. Caufam enim hanc in amoris iudicio
ventilatum iri, confido. Ceterum, ne nelicias, quo loco versentur res meae, nemo tringita abhinc annis meam desideriam alacratrem ait dexteritatem,
donec introitus anni septimi et hexagesimi miram afferret mutationem. Etsi enim
qualitercumque sibi sufficere videtur ingenium meum, sic tamen elangue-
scunt organa corporis, ut a Deo laboris fluenti iniungi credam. Oculi, quibus
parum propriis ista scribo, me deserunt, frustra adhibitis omnibus collyiorum
experimentis. Dum verba facienda sunt, difficilior respiratio, vel medias loquendi
formulas intercipit. Accedit ventriculi nescio quis appetitus, nescio quae debilitas;
corpori tumor imminerit, ad pedes usque proiectus, ut copiolam definiter
aqueam soleant. Vno verbo, quae singula me reddere possint inutiliem,
in me provoluuntur univeria. Sic a Patronis honestam impetravi, non dimi-
cionem, sed relaxationem; ac inventus statim est Rector Laubanensis, qui
Weisianum hac in parte se probaret. Ego vero, qui deliciatus sum in me-
dio laborum, nunc laborare coepi, postquam infornmes noctes, otiososque dies re-
flare cognisco. Num lethales statim futuri sint insultus, equidem non uide-
o, interim merito, ne singulis diebus imminentia symptomata, plusquam lethalia.
Hucusque valuit patientiae meae conatus. Tibi vero V. M. gratias habeo, quam
maximas pro amore singulari, et tenerissimo in me affectu. Deus TE servet in Ec-
clesiae praefidium et ornamentum, ut ultra annum septuagesimum adhuc bene
mereri queas. Vale, et, qui semper fuisti gloria et gaudium meum, perge bene
mihi precari, tuisque me precibus Deo commendare. Vale inquam, et perpetu-
am mei memoriam ferva.

Zistavido d. 12. Octobr. eis anno VIII.

T.

f. vivam,

f. moriar.

CHRISTIANVS WEISE,

AI

Ung VI 184

10A-



O
p
C
V
W
S

N I R G

Domiino CHRISTIANO AVERIO

Qui de singulari pietatis et honestatis
et eruditissimi ingenii opusculis

Q. D. B. V.

OI GEORG. NEVMANNI,

D. ET PROF. THEOLOGI WITTENBERGENSIS,

LITERÆ

CONSOLATORIAE

ad

CHRISTIANVM WEISIVM,

MORBI SENECTVTISQUE CULPA,

GYMNASIIS SVI LABORIBVS

VALEDICENTEM.

Huiusqve ad eundem Responforia,

paulo ante obitum scriptae.

ZITTA M. anno MDCCVIII.

